Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ECCA

Verba
ecclesiastē
filii da
uid re
gis iherū.
Vanī
tas va
nitatū
dixit
ecclesiastē:
uanitas
uanita
tum &
omnia uanitas. Quid ēst amplius
homo de universo labore suo quo la
borat sub sole? Generatio pterit. & ge
neratio adueniet: terra uero in eternū stat.
Oritur sol & occidit. & ad locum suū
reuertitur: ibique renascens gyrat per
diem. & flectitur ad aquilonem. Lustrans
universa circuit spiritus. & in circulos
suos redit. Omnia flumina in
trant mare. & mare non redundat.
Ad locum unde exeunt flumina re
uertuntur: ut iterū fluant. Cuncte
res difficiles: non poterit eas homo
explicare sermone. Non saturabitur oculus
uisu: nec auris implebitur auditu. Quid
est quod fuerit: ipsum quod futurum est. Quid est
quod factum est: ipsum quod faciendum est.
Nihil sub sole nouum: nec valens qui
quam dicere. ecce hoc recens est. Iam enim
præcesserunt in seculis quæ fuerunt ante
nos. Non est pōs memoria priorum: nec eo
quidem quæ postea futura sunt erit
recordatio apud eos qui futuri sunt
in nouissimo. Ego ecclesiastes fui rex in
israel. & posui in animo meo querere &
inuestigare sapienter de omnibus q̄
fiunt sub sole. Hanc occupationem
pessimam dedit deus filiis hominū:
ut occuparetur in ea. Vidi cuncta q̄
fiunt sub sole: & ecce uniuersa uanitas.
& afflictio spiritus. Prius difficile corrigū
tur: & stultorum infinitus est numerus. Locutus
sum in corde meo dicens. Ecce magnus
effectus sum. & præcessi sapientia
omnes qui fuerunt ante me in israel. &
mens mea perspicatus est multa sa
pienter. & didicit: deditque cor meum ut
sciam prudentiam atq̄ doctrinam. et
erroresq̄ & stultitiam. & agnouī quod in
his quoque esset labor. & afflictio spiritus:
eo quod in multa sapientia multa sit
indignatio. & qui addidit scientiam ad
dit & dolorem. II.
Dixi ego in corde meo. Vade:
& affluam deliciis: & fruar bo
nis. & uidi quod hoc quoque esset
uanitas. & risum reputauī errorem:
& gaudio dixi. quid frustra decipis?
Cogitauī in corde meo abstrahere
a uino carnem meam. ut animum
meum transferrem ad sapiētiam. & ut
devitarem stultitiam: donec uiderem quid esset
utile filiis hominū. quod fecerunt per
sub sole uitæ suæ. Magnificauī
opera mea: ædificauī mihi domos.
plantauī uineas. feci hortos. & pomeria.
consecuī ea omnis generis arborum
in eis. Et extruxi mihi piscinas aquarum:
ut irrigarem silueam lignorum germinantium.
Possedi seruos & ancillas. multa
quoque familia fuit: armenta quoque
& magnos ouium greges. ultra omnes
qui fuerunt ante me in israel. Congre
gauī mihi argentum. & aurum: & species
regum ac principum. feci mihi can
tores & cantatrices. & delicias filiorum
hominū: cyphos & urceos in ministerio
ad uina fundenda. & supellectilis suum
operibus omnes qui fuerunt ante me in israel.
Sapientia quoque perseuerauit mecum.
& omnia quæ desiderauerunt oculi mei
non negauī eis: nec prohibui cor me
um. quin omni uoluptate frueretur.
& oblectaret se in his quæ parauerat.
& hanc ratus sum partem meam. si